Hermannchronik	Kaiserchronik
DCCXXIIII... Sanctus Pirminius ob odium Karoli a Theodebaldo, Gotifridi ducis filio, ex Augia pulsus, Etonem pro se constituit abbatem et ipse Alsatiam, alia instructurus cęnobia, petiit. (98.10–12)	*Sanctus Pirminius a Thietbaldo Gotifridi filio expulsus, Etonem abbatem constituit et ipse in Alsatiam venit.* (Göttweig, fol. 72^{r}; Sichard, S. 193^{v})
DCCLXXVI. Karolus item Italiam petit et Roudgaudum victum occidit... (100.15)	*Karolus item in Italia Rŏdcaisum occidit.* (Göttweig, fol. 73^{r}; Sichard, S. 194^{v})
DCCCXLIII. Descripto regno et in tria diviso, fratribus Viriduni convenientibus, Lodharius cum imperatoris nomine Italiam et Galliam Belgicam, quę nunc usque ab eo regnum Lotharii dicitur, Ludowicus Germaniam, Pannonias, Noricum et Alamanniam, Karolus reliquas Galliarum provincias accipiunt, firmataque sacramento pace, digressi sunt... (104.30–3)	*Ludowicus Germaniam, Lotharius cum imperatoris nomine Italiam, Karolus Gallias regnum dividentes accipiunt.* (Göttweig, fol. 74^{r}; Sichard, S. 195^{v})
DCCCLXXXIII. Karolus imperator, celebrato in Alamannia natale Domini, ad sancti Galli quoque cęnobium venit, ibique, petente Hardmoto abbate iam sene, Bernhardum pro eo abbatem constituit, qui eidem loco VII annis prefuit, ipseque Ratisponę pascha egit... (108.43–5)	*Petitione Hartmuti Bernardus abbas efficitur.* (Göttweig, fol. 74^{v}; Sichard, S. 196^{r})
DCCCCI... Eodem anno Moymarius dux Marahensis et Isanricus Noricus comes, qui ad ipsum transfugerant, cum Ludowico rege pacificati sunt. (111.32–4)	*Eodem anno Moimarius et Isainrichus cum rege pacificantur.* (Göttweig, fol. 74^{v}; Sichard, S. 196^{v})